

Feria V infra Octavam Paschæ.

Duplex 1. classis.

Ad Matutinum.

D

Omine, lábi-a me-a apé-ri-es. R. Et os me-um annunti-ábit laudem tu-am.

Invitatorium.

Lc. 24, 34; Psalmus 94; H232

VI
V

Ení-te, exsultémus Dómino, iubi-lémus De-o, sa-lu-tá-ri nostro. Præ-occupémus fá-ci-em e-ius in confes-si- ó-

ne, et in psalmis iubi-lémus e- i. Surré-xit Dómi-nus ve-re, * Al-le- lú- ia. Quóni-am De-us magnus Dóminus,

et rex magnus super omnes de- os. Quóni-am non repéllet Dóminus plebem su-am, qui-a in manu e-ius sunt omnes

fi-nes ter-ræ, et alti-túdi-nes mónti-um ipse cónspi-cit. Al-le- lú- ia. Quóni-am ipsí-us est ma-re, et ipse

fe-cit illud, et á-ri-dam funda-vé-runt ma-nus e- ius. Vení-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De-um, plo-rémus co-ram

Dómino, qui fe-cit nos, qui-a ipse est Dóminus, De-us no-ster, nos autem pópu-lus e-ius, et o-ves páscu-æ e-ius.

Surré-xit Dómi-nus ve-re, * Al-le- lú- ia. Hódi-e, si vo-cem e-ius audi- é-ri-tis: « No-lí-te obdu-rá-re corda
vestra, si-cut in exacerba-ti-ónē secúndum di-em tenta-ti-ónis in de-sérto: ubi tenta-vé-runt me pa-tres vestri:
proba-vé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me- a. Al-le- lú- ia. Quadra-gínta annis pró-ximus fu-i gene-ra-ti- óni hu-ic,
et di-xi: Semper hi er-rant cor-de. Ipsi ve-ro non cogno-vé-runt vi-as me-as: quibus iu-rá-vi in i- ra me- a:
Si intro-íbunt in réqui- em me- am. » Surré-xit Dómi-nus ve-re, * Al-le- lú- ia. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-
rí-tu- i Sancto. Si-cut e-rat in prin-cí-pi-o, et nunc, et semper, et in sácu-la sácu-ló-rum. Amen. Al-le- lú- ia.

Hymnus non dicatur.

Psalmus 1.

A. Ex. 3, 14; H226

If E -go sum qui sum, * et consí-li-um me-um non est cum ímipi- is, sed in le-ge Dómi-ni vo-lúntas me-a est,
alle-lú-ia.

Ps. 1

Be-á-tus vir, qui non áb-i- it in consí-li-o impi- ó- rum, † et in vi- a pecca-tórum non ste- tit, *
et in cáthedra pesti-lénti-æ non se- dit:

Sed in lege Dómini volúntas eius, * et in lege eius meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantátum est secus decúrsus aquárum, * quod fructum suum dabit in témpore suo:

Et fólium eius non défluet: * et ómnia quæcúmque fáciet, prosperabúntur.

Non sic ímippi, non sic: * sed tamquam pulvis, quem próiicit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent ímippi in iudício: * neque peccatóres in concílio iustórum.

Quóniam novit Dóminus viam iustórum: * et iter impiórum períbit.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. A.

If

P ostu-lá-vi Patrem me-um, al-le-lú- ia: de-dit mi-hi gen- tes, al-le-lú-ia, in hæ-re-di-tá-tem, al-le-lú-ia.

Ps. 2

Qua-re fremu-é- - runt gen- - tes, * et pópu-li me-di-tá-ti sunt in-áni-a?

Astiterunt reges terræ, et príncipes convenérunt in unum * advérsus Dóminum, et advérsus *Christum* eius.

Dirumpámus víncula eórum: * et proiiciámus a nobis iugum ipsórum.

Qui hábitat in cœlis irridébit eos: * et Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in *ira sua*, * et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem *sanctum* eius, * prædicans præcéptum eius.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu, ego hódie *génui* te.

Póstula a me, et dabo tibi gentes hæreditátem tuam, * et possessióнем tuam térmilos terræ.

Reges eos in *virga férrea*, * et tamquam vas figuli confrínges eos.

Et nunc reges intellígite: * erudímini qui iudicátis terram.

Servíte Dómino in timóre: * et exsultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus, * et pereáatis de via iusta.

Cum exárserit in brevi ira eius, * beáti omnes, qui confidunt in eo.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. A.

Psalmus 3.

A. Ps. 3, 6; H226

VIII C

E -go dormí- vi * et somnum ce-pi et exsurré-xi, quoni-am Dóminus suscé-pit me, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Ps. 3

Dómi-ne quid multipli-cá-ti sunt qui tríbu-lant me? * multi insúrgunt advérsum me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non est salus ipsi in *Deo* eius.

Tu autem Dómine, suscéptor meus es, * glória mea, et exáltans *caput* meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi: * et exaudívit me de monte *sancto* suo.

Ego dormívi, et soporátus sum: * et exsurréxi, quia Dóminus suscépit me,

Non timébo míllia pópuli circumdántis me: * exsúrge Dómine, salvum me fac, *Deus* meus.

Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine **causa**: * dentes peccatórum contrívísti.

Dómini est salus: * et super pópulum tuum benedíctio tua.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

V. Surréxit Dóminus de sepúlcro, allelúa. **R.** Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúa.

Pater noster.


Absolutio.

The musical notation consists of a single melodic line on a five-line staff. The notes are represented by black squares of varying sizes, indicating pitch and duration. The first note is a large square on the top line, followed by a series of smaller squares on the middle line. A vertical bar line separates the first half from the second half, which begins with a small square on the bottom line. The melody continues with a series of notes on the middle line, ending with a small square on the top line. The entire line is enclosed in a rectangular frame.

E -Xáudi, Dómi-ne Ie-su Christe, pre-ces servó-rum tu-ó-rum, † et mi-se-ré-re nobis: * qui cum Patre et
Spí-ri-tu Sancto vi-vis et regnas in sácu-la sácu-ló-rum. **R.** Amen.

Benedictio.

I



ube Domne bene-dí-ce-re. Evangé-li-ca lécti-o sit nobis * sa-lus et pro-técti-o. R. Amen.

Lectio I.

Io. 20, 11-18

Léctio sancti Evangélii secúndum Ioánnem.

In illo témpore: Maria stábat ad monuméntum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinávit se, et prospéxit in monuméntum: et vidit duos Angelos in albis, sedéntes. Et réliqua.

Homilía sancti Gregórii Papæ.

Homilia 25 in Evangelia

María Magdaléne, quæ fúerat in civitáte peccátrix, amándo veritátem, lavit lácrimis máculas críminis: et vox Veritatis implétur, qua dícitur: Dimíssa sunt ei peccáta multa, quia diléxit multum. Quæ enim prius frígida peccándo remánserat, póstmodum amándo fórtiter ardébat. Nam postquam venit ad monuméntum, ibíque corpus Domínicum non invénit, sublátum crédidit, atque discípulis nuntiávit: qui veniéntes vidérunt, atque ita esse, ut múlier díixerat, credidérunt. Et de eis prótinus scriptum est: Abiérunt ergo discípuli ad semetípsos: ac deínde subiúngitur: María autem stábat ad monuméntum foris, plorans.

V. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R. Deo grátias.

Responsorium 1.


R. Io. 20, 13 & Mt. 28, 6.7; V. Io. 20, 11-13; H235

VIII

Tu-lé-runt * Dóminum me-um, et nésci-o ubi posu-é-runt e- um. a- it e- i An-ge- lus:
 No- li fle-re Ma- ri- a? surre-xit si- cut di- xit: † Præcé-det vos in Ga-li-lä-am: i-bi e-um vi-dé-
 bi-tis, alle-lú-ia, al-lelú- ia. **V.** Cum ergo fle-ret, incliná-vit se, et prospé-xit in monumén- tum:
 et vi-dit du-os Ange-los in albis, sedéntes, qui di- cunt e- i. † Præcé-det

Benedictio.

I



ube Domne bene-dí-ce-re. Di-vínum auxí-li-um * máne-at semper nobíscum. R. Amen.

Lectio II.

Qua in re pensándum est, huius mulíeris méntem quanta vis amóris accénderat, quæ a monuménto Dómini, étiam discípulis recedéntibus, non recedébat. Exquirébat quem non invénerat: flebat inquirendo, et amóris sui igne succénsa, eius, quem ablátum crédidit, ardébat desidério. Unde cónsigit, ut eum sola tunc vidéret, quæ remánserat ut quáreret: quia nimírum virtus boni óperis, perseverántia est: et voce Veritátis dícitur: Qui autem perseveráverit usque in finem, hic salvus erit.

V. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R. Deo grátias.

Responsorium 2.

R. Cantor; V. ibidem; H233


III

C

ongra-tu-lá-mi-ni mi-hi * om- nes qui di-lí- gi-tis Dó- mi- num, qui- a quem quæ-rébam, appá-
 ru-it mi- hi: † Et dum fle- rem ad mo-numén-tum, vi-di Dó-minum me- um, al-le- lú- ia.

V. Re-cedén- ti- bus discí-pu-lis, non re-cedé- bam, et amó-ris e-ius igne succénsa, ardé-bam de- si-dé- ri-
 o. † Et dum fle- rem V. Gló- ri- a Pa-tri, et Fí-li- o, et Spi-ri- tu- i San-cto. † Et dum fle- rem

Benedictio.



I ube Domne bene-dí-ce-re. Ad so-ci-e-tá-tem cí-vi-um supernó-rum * perdu-cat nos Rex Ange-ló-rum. R. Amen.

Lectio III.

Et quóniam sermo noster evásit, considerémus qua grátia secúndum Ioánnem credíderint Apóstoli, qui gavísi sunt; secúndum Lucam quasi incréduli redarguántur: ibi Spíritum Sanctum accéperint, hic sedére in civitáte iubeántur, quoadúsque induántur virtúte ex alto. Et vidétur mihi ille quasi Apóstolus maióra et altióra tetigísse, hic sequéntia et humánis próxima: hic histórico usus circúitu, ille compéndio: quia et de illo dubitári non potest, qui testimónium pérhibet de iis, quibus ipse intérfuit, et verum est testimónium eius: et ab hoc quoque, qui Evangelísta esse méruit, vel negligéntiæ, vel mendácií suspicíonem æquum est propulsári. Et ídeo verum putámus utrúmque, non sententiárum varietáte, nec personárum diversitaté distínguitum. Nam etsi primo Lucas eos non credidíssse dicat, póstea tamen credidíssse demónstrat: et si prima considerémus, contrária sunt: si sequéntia, certum est conveníre.

V. Tu autem, Dómine, miseré nobis. R. Deo grátias.

III

T

E De-um laudá-mus: * te Dóminum confi-té-mur. Te æ-térnum Patrem omnis terra vene-rá-tur.

Ti-bi omnes Ange-li, ti-bi Cæ-li et uni-vérsæ po-testá-tes: Ti-bi Ché-rubim et Sé-raphim incessá-bi-li vo-ce proclá-mant:

Sanctus: Sanctus: Sanctus Dóminus De-us Sá-ba-oth. Pleni sunt cæ-li et terra ma-iestá-tis gló-ri-æ tu-æ.

Te glo-ri-ósus Aposto-ló-rum cho-rus: Te Prophe-tá-rum laudá-bi-lis núme-rus: Te Mártyr-um candi-dá-tus

laudat ex-érci-tus. Te per orbem terrá-rum sancta confi-té-tur Ecclé-si-a: Pa-trem imménsæ ma-iestá-tis:

Vene-rándum tu-um ve-rum, et úni-cum Fí-li-um: Sanctum quoque Pa-rácli-tum Spí-ri-tum. Tu Rex gló-ri-æ, Christe.

Tu Patris sempi-térnus es Fí-li-us. Tu ad li-be-rándum susceptúrus hó-mi-nem, non ho-ru-ísti Vírgi-nis ú-te-rum.

Tu de-vícto mortis acú-le-o, ape-ru-ísti credéntibus regna cæ-ló-rum. Tu ad déxte-ram De-i se-des, in gló-ri-a Patris.

Genua nunc flectantur omnia.

Iudex créde-ris es-se ventú-rus. TE ERGO QUÆSUMUS, TU-IS FÁMULIS SÚBVE-NI, QUOS PRE-TI-ÓSO SÁNGUI-NE REDEMÍSTI.

Æ-térna fac cum Sanctis tu-is in gló-ri-a nume-rá- ri. Salvum fac pópu-lum tu-um Dómi-ne, et béne-dic
he-re-di-tá-ti tu- æ. Et re-ge e-os, et extól-le illos usque in æ-tér-num. Per síngu-los di- es, be-ne-dí-cimus te.

Et laudámus nomen tu-um in sá-cu- lum, et in sácu-lum sácu-li. Digná-re Dómi-ne di-e i-sto si-ne peccá-to
nos custodí-re. Mi-se-ré-re nostri Dó-mi- ne, mi-se-ré-re nostri. Fi-at mi-se-ri-córdi-a tu-a Dómi-ne su-per nos,
quemádmodum spe-rá-vimus in te. In te Dómi-ne spe-rá- vi: non confúndar in æ-tér- num.

Reliqua omittuntur, nisi Laudes separandæ sint.

Oratio

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus:

Deus, qui diversitátem géntium in confessióne tui nómínis adunásti: **†** da, ut renátis fonte baptísmatis una sit fides méntium * et píetas actiónum. Per Dóminum.

R. Amen.

Conclusio

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Benedicámus Dómino, allelúia, allelúia.

R. Deo grátias, allelúia, allelúia.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Ad Laudes.

D E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. R. Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sácu-la sácu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

Mt. 28, 2; H230

VIII G A NGELUS autem Dó-mi-ni * descéndit de cæ-lo, et accé-dens re-vólvit lá-pi-dem, et sedébat super e- um,
alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Psalmus 92.

Dóminus regná-vit, de-có-rem indú-tus est: * indú-tus est Dóminus forti-túdi-nem, et præ-cínxit se.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc: * a sáculo tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine: * elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, * a vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris: * mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis: * domum tuam decet sanctitudo Dómine in longitúdinem diérum.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen.

A musical score for the Angelus hymn. The top staff features a large red initial 'A' followed by a melodic line with black note heads and red markings like 'p' and 'v'. The lyrics 'NGELUS autem Dó-mi-ni * descéndit de cæ-lo, et accé-dens re-vólvit lá-pi-dem, et sedébat super e- um,' are written below the music. The bottom staff continues the melody with black note heads and red markings. The lyrics 'alle-lú-ia, alle-lú-ia.' are written at the end of this staff.

Psalmus 2.

Mt. 28, 2; H226

VII c

E T ecce terræmō-tus * factus est magnus: Ange-lus enim Dómi-ni descendit de cæ-lo, al-le-lú-ia

Psalmus 99.

Iu-bi-lá-te De-o om- - nis ter- - ra: * serví-te Dómino in læ-tí-ti-a.

Introíte in conspéctu eius, * in exsultatióne.

Scítote quóniam Dóminus ipse est Deus: * ipse fecit nos, et non ipsi nos.

Pópulus eius, et oves páscuæ eius: † introíte portas eius in confessióne, * átria eius in hymnis: confitémini illi.

Laudáte nomen eius: quóniam suávis est Dóminus, † in æténum misericórdia eius, * et usque in generatióne et generatióne véritas eius.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen. *A.*

Psalmus 3.

Mt. 28, 3; H226

VIII c

E-rat au-tem * aspéctus e-ius sic-ut ful-gur: vestiménta e-ius sic-ut nix, al-le-lú-ia, alle-lú-ia.

Psalmus 62.

De-us De-us me- - us * ad te de lu-ce ví-gi-lo.

Sitívit in te áнима mea, * quam multiplíciter tibi caro mea.

In terra desérta et ívia et inaquósa: † sic in sancto appárui tibi, * ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas: * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícum te in vita mea: * et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur áнима mea: * et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, † in matutínis meditábor in te: * quia fuísti adiútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhásit áнима mea post te: * me suscépit déxtera tua.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, † introíbunt in inferióra terræ: * tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex vero lœtábitur in Deo, † laudabúntur omnes qui iurant in eo: * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

VII a

PRÆ timó-re autem e-ius * extérri-ti sunt custódes, et facti sunt vel-ut mórtu-i, alle-lú-ia.

Canticum trium puerorum, Dan. 3, 57-88 et 56

Be-ne-dí-ci-te ómni-a ópe-ra Dómi-ni Dómino: * laudá-te et super-exaltá-te e-um in sácu-la.

Benedícite Angeli Dómini Dómino: * benedícite cæli Dómino.

Benedícite aquæ omnes quæ super cælos sunt Dómino: * benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol et luna Dómino: * benedícite stellæ cæli Dómino.

Benedícite omnis imber et ros Dómino: * benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis et æstus Dómino: * benedícite frigus et æstus Dómino.

Benedícite rores et pruína Dómino: * benedícite gelu et frigus Dómino.

Benedícite glácies et nives Dómino: * benedícite noctes et dies Dómino.

Benedícite lux et ténebræ Dómino: * benedícite fúlgura et nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sácula.

Benedícite montes et colles Dómino: * benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino: * benedícite mária et flúmina Dómino.

Benedícite cete et ómnia quæ movéntur in aquis Dómino: * benedícite omnes vólucres cæli Dómino.

Benedícite omnes béstiae et pécora Dómino: * benedícite filii hóminum Dómino.

Benedícat Israel Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sácula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dómino: * benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus et ánimæ iustórum Dómino: * benedícite sancti et húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía, Azaría, Mísael Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sácula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu: * laudémus et superexaltémus eum in sácula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli: * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sácula.

P

RÆ timó-re autem e-ius * extérri-ti sunt custódes, et facti sunt vel-ut mórtu-i, alle-lú-ia.

Psalmus 5.

Mt. 28, 5; H230

VIII G

R

Espóndens autem Ange-lus * di-xit mu-li- é-ribus: No-lí-te timé-re: sci-o enim quod Ie-sum quá-ri-tis, alle-lú-ia.

Psalmus 148.

Laudá-te Dóminum de cæ- - lis: * laudá-te e-um *in excél- - sis*.

Laudáte eum omnes Angeli eius: * laudáte eum omnes virtútes eius.

Laudáte eum sol et luna: * laudáte eum omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum cæli cælórum: * et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent *nomen Dómini*.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, *et créata sunt*.

Státuit ea in æténum et in sǽculum sáculi: * præcéptum pósuit, et non *præteríbit*.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes et omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ fáciunt *verbum eius*:

Montes et omnes colles: * ligna fructífera et *omnes cedri*.

Béstia et univérsa pécora: * serpéntes et vólucre *pennátæ*.


Reges terræ et omnes pópuli: * príncipes et omnes iúdices *terræ*.

Iúvenes et vírgines: † senes cum iunióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen *eius solíus*.

Conféssio eius super cælum et *terræ*: * et exaltávit cornu *pópuli sui*.

Hymnus ómnibus sanctis eius: * filiis Israel, pôpulo appropinquâti sibi.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Cantá-te Dómino cánti-cum **no-** - vum: * laus e-ius in ecclé-si-*a* sanctó- - rum.

Lætétur Israel in eo qui fecit eum: * et filii Sion exsúltent in *rege* suo.

Laudent nomen eius in choro: * in týmpano et psaltério *psallant* ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pôpulo suo: * et exaltábit mansuétos *in salútem*.

Exsultábunt sancti in glória: * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltationes Dei in gútture eórum: * et gládii ancípites in mánibus eórum:

Ad faciéndam vindíctam in natióibus: * increpatíones *in pôpulis*.

Ad alligándos reges eórum in compédibus: * et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fácient in eis iudícium conscríptum: * glória hæc est ómnibus *sanctis* eius.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Laudá-te Dóminum in sanctis e- - ius: * laudá-te e-um in firmaménto virtú-tis e- - ius.

Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis eius.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro: * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: † laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen.

Espóndens autem Ange-lus * di-xit mu-li- é-ribus: No-lí-te timé-re: sci-o enim quod Ie-sum quá-ri-tis, alle-lú-ia.

Capitulum.

1 Cor. 5, 7

F

Ratres: Expurgá-te ve-tus ferméntum, † ut si-tis nova conspérsi-o, sic-ut estis á-zymi, * Et-enim Pascha nostrum immo-lá-tus est Christu-s. R. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Cf. Mt. 28, 6; Cf. Gal. 3, 13

VI

S

Urré-xit Dóminus de sepúlcro, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Surré-xit. V. Qui pro nobis pepéndit in ligno. Alle-lú-ia. V.

Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Surré-xit.

Hymnus

VIII

A

Uró-ra lu-cis rú-ti-lat, Cæ-lum láudibus íntonat, Mundus exsúltans iúbi-lat, Gemens inférnus ú-lu-lat :
Cum Rex ille fortíssimus, Mortis confráctis ví-ribus, Pede concúlcans tárta-ra, Solvit a pœna mí-s-e-ros.
Ille qui clausus lá-pi-de, Custodí-tur sub mí-li-te, Tri-úmphans pompa nóbili, Victor surgit de fúne-re.
So-lú-tis iam gemí-tibus, Et inféreni do-ló-ribus, Qui-a surréx-it Dóminus, Respléndens clamat Ange-lus.
Quásumus, Auctor ómni-um. In hoc paschá-li gáudi-o, Ab omni mortis ímpe-tu Tu-um de-fénde pópu-lum.
Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne, Qui surré-xisti a mórtu-is, Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sácu-la. A-men.

Versus.

Ps. 117, 24

¶. Hæc di-es quam fe-cit Dóminus, al-le-lú-ia.

R. Exsultémus et læ-témur in e-a, al-le-lú-ia.

Canticum Zachariæ.

Cf, Io. 20, 11.12.7; H237

VII a

M A-rí-a stabat * ad monuméntum plo-rans: vi-dit du-os Ange-los in al-bis, sedén-tes, et sudá-ri-um quod
fú-e-rat super caput Ie-su, alle-lú-ia.

Lc. 1, 68-79

Be-ne-díctus Dóminus De- - us Isra-el, * qui a vi-si-tá-vit, et fe-cit redempti-ónem ple- - bis su- - æ.

Et eréxit cornu salútis nobis, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sáculo sunt, prophetárum eius:

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * et memorári testaménti sui sancti.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte et iustítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præibis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius:

Ad dandam sciéntiam salútis plebi eius, * in remissiónem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto:

Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

Ante Orationem, cantatur a Superiore:

Supplicatio Litaniæ.

K

Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.

Oratio Dominica.

P

Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D

Omnis vo-biscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:

V.

Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me- am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O


-rémus. De-us, qui di-versi-tá-tem génti-um in confessi-óne tu-i nómi-nis adunásti: **†** da, ut rená-tis fonte
baptísma-tis, * una sit fi-des ménti-um et pí-e-tas acti-ónum. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: **†**
qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sácu-la sácu-ló-rum. **R.** Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum. Postea cantatur a cantore:

B

Ene-di-cámus Dómino. alle-lú-ia, alle- lú- ia. **R.** De-o grá-ti-as. alle-lú-ia, alle- lú- ia.


Ad Vesperas.



DE-us, in adiu-tó-ri-um me- um inténde. **R.** Dómi-ne, ad adiuvándum me festí-na. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto. Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sácu-la sácu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.


Psalmus 1.

Mt. 28, 2; H230



ANGELUS autem Dó-mi-ni * descéndit de cæ-lo, et accé-dens re-vólvit lá-pi-dem, et sedébat super e- um,
alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Psalmus 109.



Di-xit Dóminus Dómino me- - o: * Sede a *dextris* me- - is:

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emítte Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum génuí te.

Iurávit Dóminus, et non pænitébit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Iudicábit in natióibus, implébit ruínas: * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via **bibet**: * proptérea exaltábit caput.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in sácula sæculórum. Amen.

A NGELUS autem Dó-mi-ni * descéndit de cæ-lo, et accé- dens re-vólvit lá-pi-dem, et sedébat super e- um,
alle-lú-ia, alle-lú-ia.

The musical notation consists of two staves of square neumes on a four-line staff system. Red markings above the notes indicate specific performance techniques: a red 'A' with a wavy line above it, several red 'P' marks, red checkmarks, and red 'v' marks. The lyrics are written in a clear, black serif font below the staves.

Psalmus 2.

Mt. 28, 2; H226

VII c

E T ecce terræmō-tus * factus est magnus: Ange-lus enim Dómi-ni descendit de cæ-lo, al-le-lú-ia

Psalmus 110.

Confi-tébor ti-bi Dómi-ne in to-to cor- - de me- - o: * in consí-li-o iustó-rum, et congrega- - ti-ó- - ne.

Magna ópera Dómini: * exquisítá in omnes voluntátes eius.

Conféssio et magnificéntia opus eius: * et iustítia eius manet in sǽculum sǽculi.

Memóriam fecit mirabílum suórum, † miséricors et miserátor Dóminus: * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sǽculum testaménti sui: * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo:

Ut det illis hæreditátem géntium: * ópera mánuum eius véritas et iudícium.

Fidélia ómnia mandáta eius: † confirmáta in sǽculum sǽculi: * facta in veritáte et æquitáte.

Redemptióinem misit pópulo suo: * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nomen eius: * inítiu sapientiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: * laudátio eius manet in sǽculum sǽculi.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sǽcula sǽculórum. Amen. **A.**

VIII c

E-rat au-tem * aspéctus e-ius sic-ut ful-gur: vestiménta e-ius sic-ut nix, al-le-lú-ia, alle-lú-ia.

Psalmus 111.

Be-á-tus vir qui timet Dóminum: * in mandá-tis e-ius vo-let ni- - mis.

Potens in terra erit semen eius: * generátiō rectórum benedicétur.

Glória et divítiae in domo eius: * et iustítia eius manet in sáculum sáculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis: * misericors, et miserátor, et iustus.

Iucúndus homo qui miserétur et cómodat, † dispónet sermónes suos in iudício: * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit iustus: * ab auditíone mala non timébit.

Parátum cor eius speráre in Dómino † confirmátum est cor eius: * non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus: † iustítia eius manet in sáculum sáculi: * cornu eius exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet: * desidérium peccatórum períbit.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princíprio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen. **A.**

Psalmus 4.

Mt. 28, 5; H230

VIII G

R Espóndens autem Ange-lus * di-xit mu-li- é-ribus: No-lí-te timé-re: sci-o enim quod Ie-sum quá-ri-tis, alle-lú-ia.

Psalmus 112.

Laudá-te pú-e-ri Dóminum: * laudá-te *nomen* Dómi-ni.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc, et usque *in sáculum*.

A solis ortu usque ad occásum, * laudá-bile *nomen* Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória eius.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo *et in terra*?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórū *lætántem*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

Capitulum.

1 Cor. 5, 7

F

Ratres: Expurgá-te ve-tus ferméntum, † ut si-tis nova conspérsi-o, sic-ut estis á-zymi, * Et-enim Pascha nostrum immo-lá-tus est Christu-s. Rx. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Lc. 24, 34

VI
S

Urré-xit Dóminus ve-re: * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Surré-xit. ¶. Et appá-ru-it Simóni. Alle-lú-ia. ¶.

Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Surré-xit.

Hymnus

VIII

A D cœnam Agni pró-vi-di, Et sto-lis albis cándi-di, Post tránsi-tum ma-ris Rubri, Christo ca-námus Prínci-pi.

Cu-ius corpus sanctíssimum, In a-ra cru-cis tórridum, Cru-ó-re e-ius ró-se-o Gustándo ví-vimus De-o.

Pro-técti Paschæ véspe-re A de-vastánte Ange-lo, Erépti de du-ríssimo Pha-ra-ó-nis impé-ri-o. Iam Pascha nostrum

Christus est, Qui immo-lá-tus Agnus est, Since-ri-tá-tis á-zyma, Ca-ro e-ius oblá-ta est. O ve-re digna hósti-a,

Per quam fracta sunt tárta-ra, Redémpta plebs capti-vá-ta, Réddi-ta vi-tæ prá-mi-a. Consúrgit Christus túmu-lo,


Victor red-it de bá-rathro, Ty-ránum trudens víncu-lo, Et Pa-ra-dí-sum ré-se-rans. Quásumus, Auctor ómni-um,

In hoc paschá-li gáudi-o Ab omni mortis ímpe-tu Tu-um de-fénde pópu-lum. Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne,

Qui surre-xísti a mórtu-is, Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térrna sácu-la. A-men.

Versus.

Ps. 117, 24




¶. Hæc di-es quam fe-cit Dóminus, al-le-lú-ia.

R. Exsultémus et læ-témur in e-a, al-le-lú-ia.

Canticum B. Mariæ V.

A. Io. 20, 13.15; H237




T U-lé- runt * Dóminus me-um, et nésci-o ubi posu-é-runt e-um: si tu sustu-lísti e-um, dí-ci-to mi-hi, alle-lú-ia:

- > > > P R ✓ P > - -

et ego é-um tol-lam, alle-lú-ia,

Lc. 1, 46-55

Magní-fi-cat * ánima me- a Dóminus.



Et exsultá-vit spí-ri-tus me us * in De-o, sa-lu-tá- ri me o.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini eius in sácula.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

Ante Orationem, cantatur a Superiore:

Supplicatio Litaniæ.

K

Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.

Oratio Dominica.

P

Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D

Omnis vo-biscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:

V.

Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me- am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O

-rémus. De-us, qui di-versi-tá-tem génti-um in confessi-óne tu-i nómi-nis adunásti: **†** da, ut rená-tis fonte
baptísma-tis, * una sit fi-des ménti-um et pí-e-tas acti-ónum. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: **†**
qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sácu-la sácu-ló-rum. **R.** Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum. Postea cantatur a cantore:

B

Ene-di-cámus Dómino. alle-lú-ia, alle- lú- ia. **R.** De-o grá-ti-as. alle-lú-ia, alle- lú- ia.